

00 662

294²
qm.



34

134

MEDICATIO DVORVM ÆGRORUM;
Quorum Vnus

Febri quartana intermittente;

A L T E R A

Erysipelate faciei laborat:

QVAM

Divino adjuvante Numinis,

Sub PRÆSIDIO

CLARISSIMI VIRI.

D. HENRICI REGII,

Reip. Ultrajectinæ Poliatri, & Medicinæ
ac Botanices Professoris Ordinarii, ac p. c.

Rectoris Magnifici,

Publicè veniendarum proponit

ADRIANVS DE BACK, Rotterodamenſis.

Ad diem 31. Octobrū. horis locoque solitis.



Natura & Industria

VLTRAJECTI,

Apud Johannem van Noortdyck, In Academia Typog.
Anno 1649.



Gravissimo, Eruditissimo
Eliipelias Bac*e*i Isidoras:

VIR O,

D. IACOBO de BACK,
Doctori Medicinæ a-
pud ROTTERODA-
MENSES ordinario,
Parenti suo, filiali a-
more atque honore us-
que diligendo,

Primitias hæc Academicas

D. D. D.
ADRIANUS DE BACK

M E D I C A T I O V I R I
Febri quartana inter-
mittente fatigati.

I.

Vir quadraginta quinque annorum, temperamento melancholicus, post multas curas, animum ipsius valde angentes, incidit, circa horam quartam pomeridianam, in oscitationes, & pandiculationes; quas horror totius corporis, cum pulsu debili tardoque, per horam unam est insecutus; qui paulatim in calorem commutatus, magnū ardorem, pulsū celerem, crebrum, & magnum, ac inæqualem, ægro nostro, per quinque vel sex horas, cum magna siti, capitī dolore, & totius corporis inquietudine, durantem, exhibuit. Postea fervor, pedetentim imminutus, egrū cum sudore totus deseruit: sequentibusque duobus diebus eegrū immunem reliquit. Quarto post die, circa duodecimā meridianam, pandiculationes, horror, calor, pulsus vitiatus, siti, & capitī dolor, rursus invaserunt; eaque tandem rursus aucta, deinde imminuta, ipsum ut prius reliquerunt. Postea intermittentibus paribus, ut antea, diebus, jam quater similes passus est paroxysmos.

Afficitur in hoc ægro totum corpus, quod ex horrore, cum oscitationibus & pandiculationibus præcedentibus conjuncto, & calore insecente; item cor, quod ex pulsu vitiato; nec non æsophagus, & caput, quod ex siti ac capitī dolore est manifestum.

Mortus, qui ipsum affigit, est intemperies quædam sanguinis melancholica & malignior; quæ quarto quoque die, post languinis justo minorem in corde effervescientiam, nimis vehe-

N 2

vehementer incalescens, & tandem post quinque vel sex horas penitus defervescens, febris quartana, sive quartana intermittens appellari solet. Eaque ex horrore cum pulsu debili ac tardo, & inlequente magno calore, cum pulsu crebro & celeri, magno & inaequali, ac reliquis symptomatis, quanto quoque die redeuntibus, & postea cessantibus, est perspicua.

I V.

Causa procatarctica hujus morbi est diutinus animi, ex multis curis, angor, unde, adjuvante melancholico nostri ægri tempore, multi melancholici in toto corpore retentii & geniti humores, antecedentem huic morbo præbuerunt causam. Pars vero eorum, lapsu temporis, malignam pravitatem contrahens, quæ, quarto quoque die, post præcedentem horrorem, in corde præter naturæ modum incalescit, & inde in totum corpus diffunditur, continens hujus morbi & symptomatum existit causa.

V.

Dum enim pars istius materiae morbificæ, propter peculiare suum tempore, quarto quoque die effervescente incipit, ipsa primò reliquis sanguinis partibus non satis bene miscetur, multasque partes aquæ aliasque crassas admixtas habet; atque ideo, ubi ea ad cor primum est delata, imminuitur primò ipsius calor, eoque excitatur pulsus debilis & tardus, & totius corporis frigus; in cerebro verò hinc talis efficitur spirituum animalium motus, ut illi, inordinate & vehementius in musculos & cutim influentes, convulsivum quendam in toto corpore producant motum, qui, cum prædicto totius corporis frigore conjunctus, rigor & horror nuncupari consuevit. Dispersis & discussis ex sanguine aqueis & crassis istis partibus, iisque satis attenuatis, reliquæ illæ effervescentis humoris partes, cor ingressæ, & cum sanguine ibi melius mixtæ, concipiunt majorem calorem: unde tunc oritur pulsus magnus, celer, creber, &c, propter heterogeneas sanguinis partes, inaequaliumq; spirituum in cordis & arteriarum fibras influxum,

etiam

etiam inaequalis: item ob æsophagi, ex ardore isto, exsiccationem, suis; & ob acrem & fervidum sanguinem, in cerebri & totius corporis membranas sublatum, dolor capitinis & totius corporis inquietudo, Atque hæc symptomata tam diu durant, donec materia effervescentia, vi effervescentiæ post quinque vel sex horas in sudores soluta, per eosque discussa, ægrum à febrili paroxysmo immunem, per sequens biduum, fecerit. Alia vero pars materiæ morbificæ, quarto quoque post die, similiter effervescentia, paroxysmos alios & similia hancen-
tus induxit symptomata.

VI.

Metus est, ne hæc febris ex natura sua longissima sit futura, &c cachexiam, hydropem, scorbutum, vel alia gravia mala accersat, ideoque *curatio* diligentissime erit instituenda.

VII.

Eaque, in pravorum humorum eductione, & intemperie
sanguinis, per contraria, correctione, consistet.

VIII.

Primo itaque die apyrexiae æger purgetur scrup. i. sanguine
vitriolari, & sciammonis gran. vi. cum juscule exhibitis. Postridic
sanguis educatur ex brachio sinistro ad uncias sex.

IX.

Deinde utatur hoc apozemate, bis de die; sumendo haec
sum trium vel quartuor nnctiarum :

Ex. herb: fumariae, scolopendria,
card. benedict. agrimonie
ceterach. capill. ven. a. M. j.
flor. cordial. an. p. i.

Cori. rad. fanicul. liqueris. ras. an. vne. fa
sem. agni casti, drag. ij.
anisi drag. i. f.
rad. capparum, tamarisci dragm. ij. f.
epitymi, polypod. querc. an drag. iij.
prunor. damascenor. N°. xiij.

Decoque in aq. hord. q. s. ad lib. j. s.
Colatura adde syr. de cichorio cmrhabar: vnc. j. s.
Mis. F. apozema.

X.

Ubi sedimentum in urinis apparere inceperit, purgetur
interdum tali medicamento purgante:

Rx. cassiae recens extracta vnc. s.

confect. hamech. drag. ij.

aq. hord. vnc. iii.

Misce F. haustus.

XI.

Et subinde ante paroxy'snum exhibeatur hic bolus:

Rx. sal. absinth. card. benedict. an. scrup. s.

theriacæ, extracti cardui benedict. an. scrup. j.

cum syr. de lim. q. s. F. bolus.

XII.

Aer sit temperatus; cibi eupepti & euchymi; potus cerevisia & vinum mediocre; somnus moderatus; exercitia media-
tria. Viter tristitiam.

MEDICATIO PUELLÆ

Erysipelate faciei laborantis.

Puella duodecim annorum, sanguinea, jam à tribus annis,
circa mensē Majū, incidit in totius faciei tumorem sub-
rubicundum, oculos pene claudentem. Adest calor & pru-
ritus satis magnus. Pulsus interdum adest justo celerior; ap-
petitus prostratus; & plus solito sitit.

III.

Afficitur in hac puellæ facies, ut ad oculum est manifestum;
ut & cor, quod pulsus justo celerior indicat; item ventriculus
& æsophagus, quod ex siti & appetitu prostrato constat.

III. Morbus

III.

Morbus, qui eam affligit, est tumor faciei, ex bilioſo ſanguine ortus, qui calorem immoderatum, & pruritum, ac colorem ſubrubicundum in facie inducens, eryſipelas faciei appellari ſolet.

IV.

Cauſa antecedens hujus morbi eſt ſanguis bilioſus, ex temperamento ſanguineo & diæta forſan calidiore, tanquam à cauſa procataрcticā, in toto hujus pueræ corpore, ſingulis annis genitus. Pars vero ejus circa menſem Majum, ob aeris caliditatem, in corde vehementius effervescens, inducit pulſum iusto celeriorem; ad ventriculum vero & æſophagum delata, ibique æſophagum nimium exſiccando, ſuccumque acrem ventriculi, famem excitare ſolitum, copiâ ſuâ & qualitate biliolâ perfundendo, ſitum & appetitus prostrationem excitat: ad faciem verò à corde propulsa, ibique poros vaſorum aperiens, & ſeſe in cutim vicinasq; partes magna quantitate effundens, ibidem tumoris, ruboris, pruritus, & caloris faciei, cauſa continens existit.

V.

Metus eſt, ne hic affectus eryſipelas exulceratum faciei; vel, ſi humor hic ad cerebrum vel alias nobiliores partes feratur, ne inflammationem cerebri, vel pulmonum, vel pleuræ inducat. Diligenti itaque hic morbus erit impugnandus curatione, quæ in cauſe procataрticæ, antecedentis, & continentis, ite m imperiei, & tumoris ablatione, conſiftet.

VI.

Atque ideo primò tale exhibeat purgans.

R. syr. roſ. fol. cum fol. ſenna vng. j.

cremor. tartari ſcrup. j.

ſcammonij gra. x.

aq. cichor. vnc. ij.

Misce fiat haustus brevis, mane exhibendus.

VII.

Toti faciei deinde imponantur lintea ſequenti liquore imbuta, ſepiuſq; ubi exſiccata fuerint, renovetur imbutio & applicatio;

R. aq.

E. aq. plantag. rosar. ali. vno. iiiij.
lapidis alchymia dragm. j. s.

Misce.

Vel **x.** aq. flor. sambuci vnc. x.
sperm. ranar. dragm. v.
spiritus vini ope. vnc. vij.

Misce.

Si palpebrae oculorum valde etiam intumescant, iis impo-
nantur lintea, solâ aquâ ros. & plantag tepidâ madefacta.

VIII.

Ad præcavendum, ne sub sequentem majum rursus recidi-
vam patiatur, mense aprilii semel atque iterum purgetur, &
utatur diæta tenuiore, & refrigerante.

COROLLARIA.

1. **H**epar non alit reliquum corpus, per sanguinem immidiæt
hab ipso suppeditatum, vel à partibus attractum.
2. Hepar non est membrum principale.
3. Sanguis non habet rubedinem ab hepatæ.
4. In diastole cordis est ejus intumescens, & ventricorum an-
gustatio: in systole, cordis defumescens, & ventricorum
ampliatio.
5. Cor non aurabis sanguinem: sed cum circulatione illum à & ad
se pellit: isq; illud ingreditur in systole; egreditur in diastole.
6. Fames non oritur à succo acido, in ventriculum per venam ex lie-
ne regurgitante.
7. Pili, spiritus, ac ungues sunt partes corporis.
8. In testibus non perficitur semen.
9. Homo sine iis generare non potest.
10. Iuvenes sunt pueris calidores.
11. Non datur certa uirginatus uota.
12. Menstruus sanguis per se non est pravus.
13. Mens in solo cerebro sentit.
14. Morbus est facultas laesa corporis, non mentis.
15. Sensus est nihil aliud, quam perceptio alicujus morbi.

F I N I S.

00 A 6396

ULB Halle
002 928 167

3



Stra

eundum finem seri lactis, cum pauxillo

I X.

a utilissima sunt pruna laxativa N° quae
el ex massa aloes, cui nonnihil sp. hieræ
item avellanæ, immedietè ante prandium

tatur hac massa pillul.

nc. s.

urissimi drag. j.

mi d

lati d

a inco

ilula


lla ol.

ne a i

, vel t

ribus

s, qua



34
MEDICATIO DVORVM ÆGRORVM;
Quorum Vnus

Febri quartana intermitte;

ALTERA

Erysipelate faciei laborat:

QVAM

Divino adjuvante Numine,
Sub PRÆSIDIO
CLARISSIMI VIRI.

D. HENRICI REGII,
Reip. Ultrajectinæ Poliatri, & Medicinæ
ac Botanices Professoris Ordinarii, ac p. c.

Rectoris Magnifici,

Publicè venilandam proponit

ADRIANVS DE BACK, Rotterodamenfs.

Ad diem 31. Octobris, horis locoque solitis.



Natura & Industria

VLTRAJECTI,
Apud Johannem van Noortdyck, In Academia Typog.
Anno 1649.